

DE REMEDIIS GE
NERALIBVS.

CAPVT I.



Anglorum Regi scribit scho
la tota Salerni:

Si uis incolumem, si uis te
reddere sanum,

Curas tolle graueis, irasce
crede prophanum,

Parce mero, cœnato parum, non sit tibi
suauum

Surgere post epulas, somnum fuge meri-
dianum.

Non mictum retine, nec comprime forti-
ter anum.

Hæc bene si seruas, tunc longo tempore
uiues.

ΕΝΦΡΑΣΙΣ.

Aeditus est hic liber à Doctoribus scholæ Sa-
lernitanæ, in gratiam regis Angliæ, qui mul-
ta, & diuersa præcepta, pro conseruatione humanæ
sanitatis continet. In hoc autem capite referuntur
in primis octo generalia præcepta, quæ sigillatim
deinde per ordinem determinantur. Primū ergo est,
ut homo suæ sanitatis studiosus anxiferas & graueis
curas relaxans, quàm lōgissimè à se propellat. Nam

A